

quest. 2. & declarat Syvel. in ver. Votum 2. num. 13. Unde si quis ut evadat ultimam suppliciam ob conscientiam scelorum commissorum, aut mortem sibi timens ab inimicis Religionem profiteatur, nihil sibi obstitit, est valide professus, licet alias profectarius non fuisset, ut olim articulo diligenter discussio declaravit S. Congr. Concilij.

DE REGVLARIBVS.

Cap. Ut Clerici.

S V M M A R I V M.

- 1 Fingentes se Monachos, aut intrare, aut exire compellantur.
2 Duplicitas a Deo, & a iure reprobat.
3 Monachali cogitur ut fiat monachus, vel ab hoc desistat.
4 Votum non solemnizatur per susceptionem habitus monachali extra monasterium etiam de manu habentis potestatem incorporandi Religioni.
5 Inducitur tamen votum simplex, quod impedit matrimonium contrahendum, licet non dirimat contractum.

UT CLERICI. Legitur variis modis, ut hic per Jo. Andr. in princ. Antonius de Butr. summat dupliciter. Primum sic; fingentes se Monachos, aut intrare, aut exire compellantur. Secundo sic, Duplicitas a Deo, & a iure reprobat. Sed iuxta intellectum Cardin. & Abbatis, qui melius congruit littere, hoc intendit Clericus secularis utens habitu, & nomine monachali cogitur ut fiat monachus, vel ad hoc desistat. Non dividitur. Nota ex textu per susceptionem habitus monachali extra monasterium votum non solemnizari: alijs enim illi clerici precise cogendi essent ad monachatum. Et sic limita textum in c. Statimus, infra eod. & in c. 1. in 1. responsio. eod. tit. lib. 2. ubi patet votum solemnizari, & tacitam professionem induci per assumptionem habitus professorum in legitima aetate: hoc enim limitatur, ut locum habeat dammodo habitus hujusmodi suscipiatur intra claustra monasterij, sicut si extra etiam de manu habentis potestatem incorporandi Religioni. Concordat textus in cap. Constituit, infra. Quis clericus, vel novit, secundum intellectum, quem sequitur Butr. ibi num. 4. Alex. de Nevo in 3. morab. & n. 10. & communiter Doctores contra Lecturam Abbatis Siculi, ut ibi dixi num. 2. & seqq. & in 1. morab. Ceterum etiam habitus professorum extra monasterium susceptus non solemnizatur votum; tamen inducit obligationem voti simplicis, quae impedit matrimonium contrahendum, licet non dirimat contractum, ut est calus in dict. cap. Constituit, juxta communem intellectum, ut ibi dixi in 2. morab.

DE REGVLARIBVS.

Cap. Vidua.

S V M M A R I V M.

- 1 Novitia, quae sponte se ingerit actibus professorum per hoc censetur tacite profiteri. Declaratur a num. 27. usque in finem.
2 Velum Religionis quatuorplex fit.
3 Velum probationis est album, alia autem vela sunt nigra.
4 Vidua potest velum professionis accipere a Presbytero, vel ab Episcopo, aut sibi imponere.
5 Velum consecrationis datur ab Episcopo solis virginibus in vigesimoquinto anno.
6 Intellectus huius cap. & num. 32. 37. & seqq.
7 Moniales an possint portare crines.
8 Anima probatus per excommunicationem admittit contrarium probationem per iuramentum.
9 Professio tacita inducitur praesumptione iuris, & de iure per assumptionem habitus professorum, & exercitium actus professorum.
10 Probatio directa non admittitur contra praesumptionem iuris, & de iure: admittitur tamen indirecta.
11 Conscientia sua, qui relinquitur ubi de animo non apparet per actus exteriores.
12 Professio quid sit, & quatuorplex.
13 Mors, & furus a natura natus, & signis expressis profiteri potest, & matrimonium contrahere.
14 Professio tacita a quoribus inducatur.
15 Professio tacita an inducatur ex eo, quod quis voluerit absolute vitam mutare.
16 Professio tacita an censetur immiscens se actibus professorum, & n. seqq. usque ad n. 27.
17 Habitus professionis assumptio, & exercitium actus professorum idem operantur.
18 Hereditatem censetur adire gerem actus, qui fieri non possunt extra monasterium, & in heredu.
19 Novitius, qui se scienter immiscet actibus de iure, consuetudine, vel statuto ad solos professos spectantibus, est professus si sponte id faciat, et aetate sit apta, & triidui perseveret. & num. 38.
20 Eligere se ad professos tacite, vel expresse. Professio tacita inducitur ex eo, quod novitius intersit electionibus una cum Capitularibus, ibid. Item ex susceptione manerij Abbatis, vel Abbatisse, num. 24. Item ex susceptione tonsurae monachali, n. 25. Item ex receptione Sacrorum Ordinum ad titulum religionis, num. 26.
21 Novitius quamvis interfessenda electionibus efficiatur tacite professus, tamen vox eius non valet, & cur.
22 Electio facta a non existente in quasi possessione iuris eligendi, quamvis sit nulla, tamen constituit eum in quasi possessione.
23 Professio tacita ut inducatur per exercitium actus professorum quae condiciones requirantur, & num. seqq. usque in finem.
24 Mors, & violentia sicut excusant a professione expressa, sic & furus a tacita, nisi sequatur ratificatio.

- 29 Ignorans actum ad professos tantum pertinere per illius exercitium non proficiuntur tacite profiteri.
30 Professio tacita an requiratur animum positivum proficiendi.
31 Professio tacita non inducitur nisi scientibus, & consentientibus us, quorum est religioni incorporare.
32 Triidui perseverantia post professionem, in quibus casibus requiratur, & n. seqq. usque ad n. 39.
33 Gemmatio actus multum operatur.
34 Triidui perseverantia an requiratur in eo, qui infra annum probationis proficitur expresse.
35 Et quid in coquin in infirmitate suscipit habitum professorum.
36 Et quid in eo, qui post votum de ingrediendo religionem habitum professionis assumit.
37 Et quid post Concedit Tridentinum.
38 Professio tacita an, & quando sit exclusa decreto Concilij Tridentini.

VIDUA. Novitia, quae sponte se ingerit actibus professorum, per hoc censetur tacite profiteri. Hoc dicit. Dividitur in duas partes. In prima solvit dubium. In secunda solutionem ampliat, ibi, licet. Nota simul ex principio textus, virginatatem, seu continentiam praeteritam non esse de substantia monachatus, sed futuram tantum, secundum Anton. de Butr. num. 1. & Jo. de Anan, num. 2. Ad hoc cap. Vidua, 20. qu. 1. cap. Vidua, & cap. De vidua, 27. qu. 1. cap. Virgines, 27. dist. & cap. Cum ad monasterium, vers. Nec estimet Abbas, infra de stat. Monach. Secundo nota ibi, Velum conversionis, quamvis non sacrum: multiplex esse velum Religionis. Primum enim est velum conversionis, id est probationis, quod assumunt feminae cum de seculari vita ad religionem transeunt, & cum per annum portaverint, amplius exire non possunt ut in cap. Statimus, infra eod. & de hoc loquitur cap. Constituit, infra, qui dicit, vel vov. ibi, De manu Presbyteri velamen assumptum, scilicet probationis, ut ibidem explicat glos. 2. Innoc. in princ. Et hoc communiter est album, cum tamen alia vela sint nigra, ut inquit Turrecrem in cap. Devoti, in 9. qu. num. 11. 20. qu. 1. Secundum est velum professionis, quod datur feminis in professione cum continentiam profitentur, & quandoque imponitur puellae, dummodo de iure communi sit duodecim annorum, cap. Paella, 20. qu. 2. & ex Conc. Trid. annorum sexdecim, ut in c. 15. sess. 25. de Regal. Quandoque imponitur viduae, seu corruptae, ut c. Perlatum, supra quod met. causi, & hoc velum viduae possunt non tantum de altari recipere a Sacerdote, d. cap. Constituit, & d. c. Vidua, vel ab Episcopo, ut d. cap. Perlatum, sed etiam sibi ipsi imponere, ut hic patet, & notant glos. 2. Innoc. num. 4. in ver. Sacrum, Butr. num. 9. Cardinal. in 1. oppos. & alii communiter. Nec obstat text. in cap. final. de instit. quoniam loquitur de actu sapientie auctoritatem, quem quis non exercet in seipsum, secundum Card. ubi supra, & in cap. Cum in iure, de elect. Vel die melius ex mente Abbatis hic n. 5. vers. Et in quantum. Ex sola veli impositione, quam sibi facit vidua, non inducitur tacitam professionem, sed ex consensu ab eis praescripto, qui possunt religioni incorporare: nam cum professio sit co-

tractus reciprocos, consensus solus profitentis non sufficit, ut c. Porrectum, & ibi plenè adnotavi num. 18. & seqq. & cap. Ad Apolloniam, infra eod. & inferius patebit, num. 31. Tertium est velum consecrationis, quod solis virginibus datur ab Episcopo, & in 25. anno, ut cap. Placuit, 77. dist. & de hoc intelliguntur verba, quae habentur in d. c. Devoti, 20. qu. 1. videlicet, viduas velare Pontificum nullas attentet; ut ibi per Archid. num. 3. Quae autem sit ratio diversitatis, cur Sacerdos, qui habuit uxorem, possit in Episcopum promoveri, & consecrari, ut cap. Praevertit, 34. dist. & tamen vidua monasterium ingressa non consecratur, ut in dd. cap. Placuit, & cap. Devoti, optime declarat glos. in cap. Actus, in ver. Consecrari, 26. dist. & in materia vide bonam glos. in cap. Vidua, quae, in ver. ab Altari, 27. qu. 1. Quartum est velum ordinationis, quod olim imponebatur Diaconis, in quadragesimo anno, ut possent Evangelium legere in Nocturnis: unde dabatur eis ab Episcopo Breviarium ad tangendum ubi sunt homiliae de Evangelij in matutinis: & de hoc velo habetur in cap. Sanctimoniales, 20. qu. 1. & cap. Diaconissam, 27. qu. 1. de quo vide quod hic notat Collegiaris n. 3. Quintum denique est velum Praelationis, quod antiquitus dabatur Abbatissae in sexagesimo aetate, ut in cap. Innocentius, 20. qu. 1. Sed per jura Sexti ubi annum vigesimum complevisset, cap. Indemnitatis, in principio, de elect. lib. 6. Hodie verò non datur minori aetate quadraginta, ut in decreto Concilij Tridentini, cap. 7. sess. 25. de Regularibus in casibus ibi expressis, de quo dicit scriptis plenè in cap. Cum in cunctis, in 9. qu. principal. d. num. 113. usque ad num. 124. supra de elect. Et de his quinque velis notant hic Host. num. 1. & Henric. Boich. in princ. & filius Turrecr. in d. c. Devoti, in 9. qu. num. 11. licet tamen recentet glos. Joannis in cap. Illud autem, §. Velamen, 20. qu. 1. dicens per hanc distinctionem multa sedari contraria. Sed quantum, id est velum conversionis, seu probationis addit etiam Archid. in d. §. Velamen, num. 2. & post eum Bellam. in princ. & de hoc velo loquitur haec decretalis, secundum unum intellectum. Alii tamen, & praesertim Abbas num. 5. pro eod. accipiunt velum conversionis, & professionis. Sed contra, quia si haec vidua velum professionis suscepisset, ex hoc solo fuisset tacite professa, nec fuisset opus, ut inter velatas, cum velum professionis votum religionis habeat annexum, ut cap. Statimus, & ibi notat glos. 1. Abb. Antiq. in ver. Novitios. Host. num. 1. in ver. Religio, & num. 2. & Butr. num. 6. infra eod. & tamen textus ponderat copulativè tam impositionem veli, quam oblationem, ita ut alterum non sufficiat, secundum Innocent. & DD. Solve ut dicam infra num. 32. & 37. Numquid autem Moniales possent portare crines, vide per Archid. in cap. Quinquage, 30. dist. & per Collegiar. hic num. 4. Ultimo nota ibi, licet Sacramentum. Non statim iuramento alienius in dependentibus ab animo, & conscientia ipsius quando ex actibus externis infertur contraria praesumptio; animus enim probatus per extrinseca non admittit probationem in contrarium per solum iuramentum, ut hic per Anchar. num. 4. Abb. num. 5. & Jo. de Anan, eodem num. Praesertim si praesumptio, quae oritur ex actibus exterioribus sit iuris, & de jure, prout est praesumptio tacitae professionis in calu hujus viduae per

DE REGVLARIBVS.

Cap. Non est vobis.

S V M M A R I V M.

- 1 Cisterciensis si absque licentia Abbatis alium ordinem proficitur, regredi compellitur.
- 2 Prelati provincia, seu regni universitatem constituunt.
- 3 Natio qualiter Concilio Generali constituit universitatem, & valent gesta à maiori parte nationum.
- 4 Et nationes omnes constituunt universitatem universalem totius ecclesie.
- 5 Universitas quandoque resolvitur in singulares personas.
- 6 Conversi non veniunt Monachorum appellatione.
- 7 Profiterentur amen eandem regulam, & eorum educatione non pretermittenda.
- 8 Conversi novitij dormitorium habere debent separatim à novitiis clericorum, sed tamen subsunt novitiorum magistro, & superioribus monasteriorum.
- 9 Ad professionem non admittuntur ante expletum vigesimumprimum etatis annum.
- 10 Conversi ad clericorum statum etiam durante anno probationis transire non possunt.
- 11 Conversi, & oblatis magis adstricti sunt monasterio, quam monachi, & ideo transire non possunt ad arctiorem Religionem licentia petita, nisi etiam sit obtenta.
- 12 Contrarium quo ad conversos professos, & n. seqq. Et quoad Conversos non professos, seu oblatores, num. 16. usque ad num. 21.
- 13 De conversis indicatur ut de Monachis.
- 14 Spiritus ubi vult spirat, nec est in hominis potestate prohibere spiritum.
- 15 In voto, & iuramento semper intelligitur excepta superioris auctoritas.
- 16 Monachi censentur esse in potestate monasterij, & Abbatis, & non habent velle, neque nolle.
- 17 Oblati sunt sui iuris, proprium habent, & matrimonium contrahunt.
- 18 Oblati censentur ecclesie, vel monasterio se obtulisse sub tacita conditione, nisi ad arctiorem regulam transire voluerint.
- 19 Iuramento obligati ad aliquid scribendum, non prohibetur ingredi Religionem.
- 20 Oblatus qui se, & sua bona obtulit ecclesie seculari, potest bona illa secum ad aliam ecclesiam, vel monasterium transferre.
- 21 Cisterciensis ut transire possint ad strictiorem ordinem, non sufficit licentia Abbatis petita, nisi etiam, sit obtenta, & num. 25. & 30.
- 22 Cisterciensium ordo est strictior ceteris ordinibus, & num. 24. Contrarium, num. 25.
- 23 Locum qui mutat, de minori ad maiorem mutare debet.
- 24 Monachus, vel Conversus transiens ad aliam Religionem sine licentia Abbatis per censuram ecclesiasticam regredi compellitur.
- 25 Celerrimè adveniens quid importet?
- 26 Cisterciensis transiens ad Carthusianum non petita sui Abbatis licentia an sit ante omnia restituendus prima monasterio, & num. seqq. usque in fin. maxime à num. 35.

- 27 Transitus ad arctiorem Religionem ut sit licitus, qua requiratur.
- 28 Religio una ut sit strictior altera, non attenditur temporis institutio in Regula, sed actualis observantia tempore transitus.
- 29 Carthusiana religio est alijs Religionibus strictior.
- 30 Monachus translatus pendente lite super temerario transitu debet remanere in monasterio, in quo reperitur.
- 31 Terminis habitus presupponuntur, cum de una re disputatur.
- 32 Monachus quas ob causas de secunda Religione, ad quam transiit non petita licentia cogatur ad primam regredi.

NON EST VOBIS. Si Cisterciensis sine licentia Abbatis alium ordinem proficitur, ingredi compellitur. Hoc dicit Jo. Andr. Butr. Cardin. Anchar. & Jo. de Anan. Dividitur in tres partes. Nam primò ponit decimum exordium, secundò mandatum, ibi, & Signi, Jo. Andr.

1 Nota primò ibi, universitati vestra, juncta supra scriptio Prelatos provincie, seu regni universitatem constituente, prout ex hac littera deducunt Butr. & Abb. in 1. not. ab. qui ex hoc inferunt ad nationes, quae congregantur in Concilio Generali, ut quilibet natio dicitur constituere universitatem; ita ut ad illam universitatis valeat quicquid major pars nationis facit: omnes tamen nationes simul junctae constituunt universitatem universalem totius Ecclesie, ut in simili notat Barr. in l. fin. ff. de colleg. illicit. Hinc videmus Prelatos unius provincie simul congregari, & constituere provinciale Concilium, ut in cap. Sicut olim, infra de accusat. In casu tamen hujus Decretalis universitas resolvitur in singularitates, quia quilibet Episcopus tenetur exequi mandatum Papae in sua diocesi, ut innuit littera ibi, Per Episcopatus vestros, ad hoc quod notat glof. 1. in cap. Omnes leges, prima distinctio.

2 Secundò, nota ibi, Monachos, & Conversos, Monachorum appellatione non comprehendit Conversos, Butr. & Abb. hic in 2. not. ab. & precipuas differentias habes ex decretis Clem. VIII. super receptione, & educatione novitorum, §. 33. & seq. in Bullar. tom. 3. pag. 132. innovatis ab Urbano VIII. tom. 4. pag. 278. ubi sic legitur: Cum autem licet clericorum bene instituendorum cura debeat esse precipua, Conversorum tamen religio instructio non sit pretermittenda, quin potius equanimiter amplectenda; quandoquidem factis exploratum est, illorum etiam cum Regularum proficiantur eandem, perfectam educationem cum Religioni decorum, & ornamentum, tum alijs Christi fidelibus adificationem, exemplum, atque utilitatem afferre: Conversi ipsis à clericorum novitiis separatis ad dormiendum locum quantum commodè fieri poterit assignari precipitur. Illi tamen hac separatione non obstant, magistro novitorum, seu Superioribus monasteriorum, & conventuum juxta cujusque ordinis statuta, & constitutiones subditi esse, & obedientiam prestare debebunt, à quo non tantum circa corporalia obsequia probandi, & exercendi, verum etiam pro eorum capacitate, & commoditate de spiritualibus,

De Regularibus, c. Non est vobis.

bus, praesertim de modo mentaliter orandi, diligenter instruendi erunt, quod ut commodius fiat, ad Capitula, & spirituales conciones, quae per magistrum novitios fieri solent, acceriri debeant, & in ecclesiis statutis horis conveniant, nisi tunc in suis officiis occupati fuerint. Tempore verò probationis elapso, ij tantum qui non solum Religiosae perfectionis capaces, sed ad laborem corporalem apti novo, ac diligenti examine reperti fuerint [dummodo aetatis suae annum quoad clericos decimum sextum, quo verò ad conversos vigesimumprimum exceleserint] ad professionem admittantur. Sed qui ad conversorum habitum recepti fuerint, ad clericorum statum transire etiam durante tempore probationis non possunt. De multiplici autem acceptione Conversorum vide plenè per Calder. cons. 6. Latius promittit n. vers. Permittit quod Conversus sumitur multipliciter.

1 Tertiò nota in eisdem verbis, Indiscretum transitum de una Religione ad aliam esse prohibendum, non tantum Monachis, sed etiam Conversis adeo enim sunt adstricti monasterio, ubi professionem fecerunt, ut sine licentia Abbatis ejusdem monasterii non possint ad monasteria alterius ordinis convolare, ut in textu. Quinimo isti Conversi sunt magis monasterio addicti, quam Monachi; adeo propterea quamvis Monachus zelo melioris frugis transire possit ad strictiorem Religionem licentia sui Abbatis petita, Licet non obtenta, ut in cap. Licet, infra eod. Conversus tamen etiam ad arctiorem transire non possit, nisi obtenta licentia quia tales efficiuntur quasi terti monasterii, & liberti non possunt recedere de ecclesie sua, cap. Liberti, 12. q. 2. & ita tenet glof. valde notabilis in c. Vt lex continentiae, in ver. Professus, vers. Sed nunquid talis, 27. q. 1. & quamvis illa glof. verè loquatur de Conversis ecclesie secularis, tamen etiam de conversis ecclesie Regularis, & sic de professis eam intelligitur, & sequuntur Abb. hic num. 3. addentes ad eundem Abbatem in cap. Licet, in ver. Et adde, infra eod. Barbatus in cap. In presentia, num. 18. de probationib. Angel. Armilla, & Tabiena in ver. Religio, q. 27. num. 28. Sed idem Abb. in cap. Quod à te, num. 50. de cler. coniugat. dicit hoc esse valde singulare si est verum; & sic dubitat de illius veritate.

2 Ego verò absolute existimo contrariam opinionem esse veriorè nempe in Conversis Regularibus, sed etiam in Conversis, seu Oblatis ecclesie secularis, & puto utriusque licitum esse ad strictiorem vitam transire licentia superioris petita, licet non obtenta.

3 Et quoad conversos Regulares moveor, quia de ipsis judicatur ut de Monachis d. c. Vt lex continentiae. Ergo sicut Monachis id concessum est, ut in d. c. Licet, infra eod. ita & conversis professis, quo argumento in puncto utitur Bero, in cap. In presentia, num. 55. vers. Rursus, de probationib. Deinde moveor quia ratio expressa in d. cap. Licet, ob quam permittitur hic transitus, videlicet, quia ubi spiritus Dei, ibi libertas, & qui spiritus Dei aguntur, non sunt sub lege, &c. & que viget in conversis professis atque in Monachis, quia spiritus ubi vult spirat, & Joannis 3. num. 8. cap. Nisi cum pridem, §. Verum, supra de renunciat. Nec est in hominis potestate prohibere spiritum, ut dicitur Ecclesiasticis cap. 8. num. 8. Quod ponderat in puncto

Felin, in d. cap. In presentia, n. 4. ad fin. ubi reprobanis praallegatam glossam approbat contrariam opinionem Hugonis, & Laurentii dicens eos melius sensitse, quia responderi non potest ad rationem d. cap. Licet. Qui spiritus Dei, &c. quae indistinctè procedit, & idem tenet ibi Bero, n. 55. dicens de Monachis, & Conversis scilicet professis non esse dubium, Marc. Mantua ibidem n. 8. & quidam alii recentiores, quos refert, & sequitur novissimè Thom. Sanchez, super Decalogo tom. 2. lib. 6. c. 7. n. 9. Et confirmatur, quia in voto, & in iuramento semper intelligitur excepta auctoritas superioris, cap. Venientes, c. Eam te, &c. Ad nostram, si tero de iuratu. cap. Constitutus de rescript. cum similib. Ergo si conversus professus auctoritate sui Abbatis transire potest ad strictiorem regulam, ut hic, nec propterea dicitur venire contra votum suae professionis, ut in practicis iuribus, utiq; multo magis transire poterit auctoritate Spiritus Sancti cum inspirantis, cui tanquam Superiori obediendum est, ut inquit Hostien. in d. cap. Licet, n. 11. & n. 15. in ver. Indulget, in §. eod.

1 Quo verò ad conversos non professos, seu oblatores, qui se, & sua Ecclesie seculari, vel monasterio plene obtulerunt habitu non mutato, aut etiam aliquoties mutato, ut in cap. Vt privilegia, & ibi plene notavi à n. 1. usque in finem, infra de privilegijs; moveor, quia si licet Monachis, & Conversis professis se transferre ad arctiorem, qui censentur esse in potestate monasterii, & Abbatis propter illa substantialia regulae, de quibus in c. Cum ad monasterium, infra de statu Monach. & quorum velle, & nolle dependet à voluntate Abbatis, ut cap. Non dicatis 12. q. 1. & cap. Si quis Religiosus, de elect. lib. 6. quanto magis idem licebit Conversis, & oblatis, qui sui iuris sunt, & proprium habent, & matrimonium contrahere possunt, ut notat glof. in d. c. Vt lex continentiae in ver. Professus, 27. q. 1. scripsi plenius in d. c. Vt privilegia; quo argumento similiter utitur Bero, in d. c. In presentia.

2 Item moveor, quia Oblati censentur se obtulisse sub tacita conditione resolutiva, nisi ad Religionem transire voluerint, & probant Petr. de Palud. in 4. dist. 38. q. 3. art. 2. n. 15. in fin. & S. Antonin. in 2. par. tit. 1. cap. 2. §. 1. in fin. quos refert, & sequitur Sanchez, super Decalogo, tom. 1. lib. 4. c. 19. nu. 31. & 34. facit gloss. in c. Praeterea in ver. Functionibus, §. 1. dist. ubi quaerit, An obligatus iuramento ad aliquid scribendum possit converti in monasterium. Dicit Hugo quod sic, nec fit iuria illi, cui servire tenetur, quia intuitu Spiritus Sancti fit sic, 14. q. 5. cap. Dixit, cum similib. in gloss. allegatis. Idem tenent Innoc. in rubr. de obligat. ad ratiocin. num. 1. Hostien. in summa eod. tit. §. penult. num. 5. & in cap. Vnicuique eod. tit. ad fin. ubi etiam Jo. Andr. num. 15. Butr. eod. num. Cardin. ad fin. Anchar. n. 2. & Abb. n. 8. Speculator in tit. de stat. Monach. §. Qualiter concipiet, §. 28. num. 34.

3 Denique moveor, quia si se, & sua bona obtulit Ecclesie seculari, res illas, quas obtulit secum ad aliam Ecclesiam, seu monasterium transferre potest, ut est text. in cap. Ex transmissa, ubi hoc tenent Butr. Imol. & Abb. supra de renunciat. Cardinal. Imol. Abbas, & DD. in cap. Quod à te, de cleric. coniugat. quos refert, & sequitur Covarr. in c. 1. n. 19. de testamen.

Nec obstat praecitata gloss. in cap. Vt lex continentiae, quia loquitur ex aliorum sententia: nam

- 10 Antia tridui, & in hoc corrigitur hac decretalia. Ibid. & num. 6.
- 7 Professio tacite censetur, quin legitima orate in monasterio ultra annum gestat habitum indistinctum, etiam postea triduo non perseveret.
- 8 Professionem tacitam post annum decimum sextum ætatis, & expletum annum probationis Concilium Tridentinum non sustulit.
- 9 Dies capta in materia professionis non habetur pro completa, sed tempus currit de momento ad momentum, & num. 21. 22. & 23.
- 10 Professio emissa per actum probationis eadem die suscepti habitus, sed ante horas circiter quinque, aut emissa per aliquot horas ante annum decimum sextum expletum an valeat, & nam, seqq. usque in fin.
- 11 Dies capta in favorabilibus habetur pro completa.
- 12 Minor lapsus in professione non restituitur.
- 13 Perfectum moraliter dicitur quod parum distat a perfectione.
- 14 Annus probationis debet esse completus. Annus naturalis in quo distat a civili, ibid.
- 15 Horarum momenta non videntur digna animadversione Arigidiorum.
- 16 Annus ex consuetudine civiliter accipitur.
- 17 Minor non dicitur qui diem supremam agit anni vigesimi.
- 18 Annus naturalis conficitur diebus 365. & horis fere sex, ex quibus annus bissextus.
- 19 Completus dicitur licet supersit aliqua pars illius.
- 20 Annus ubi incipit, ibi desinit, & restituitur.
- 21 Annus unde dicitur.
- 22 Levio missio non videtur nisi sit de forma.
- 23 Decretum irritans impariat formam.
- 24 Professio emissa eadem die, & hora suscepti habitus, quo anno Gregorius XIII. decem dies sustulit a mense Octobris est invalida.
- 25 Annus bissextus non dicitur minus spatium, quam annus.
- 26 Dies additus bissextus necessarius est, ut annus probationis sit completus.
- 27 Novitius qui a monasterio exiit ut aliam religionem ingrederetur, & in ea diu horis permansit, rediens tenetur incipere novum probationis annum.
- 28 Novitius professione proximis acriter tentatur.
- 29 Minores 25, anni dicuntur quousque ad horam Nativitatis pervenerint. Ad matrimonium sufficit attingisse ultimum diem anni decimipari, Secus in matrimonio spirituali, & civilium.
- 30 Annus tacite professionis quando incipiat, & finitur.
- 31 Dies capta habetur pro completa prout suadet favor, vel odium ut dicitur, vel finitur.
- 32 Annus probationis cur instituitur.
- 33 Favor est tam professi, quam religionis ut annus probationis ducet usque ad ultimum momentum.
- 34 Professio facta ante annum probationis nullam parit obligationem etiam ad religionem in genere.
- 35 Tempus currit de momento ad momentum spectanda est forma verborum.

AD NOSTRAM. Minor quatuordecim annis per professionem religioni non obligatur. Idem in majori, qui sine probatione suscipit habitum professorum quem dimisit infra triduum. Hoc dicit, Prima pars factum narrat. Secunda dat iudicem, ibi, Quia vero.

- 1 Nota primò, ita demum professionem probari per susceptionem habitus professorum post annum decimum quartum expletum, si præcesserit annus probationis, alias non, nisi detur perseverantia tridui. Major igitur quatuordecim annis, qui sine probatione habitum professorum suscepit, ex hoc ipso non dicitur professus, nisi triduo perseveret; quia hoc ipso quod infra triduum penitit, præsumitur sine liberatione intrasse, ut dicit hic Abb. Antiquus.
- 2 Dixi ex hoc ipso, quia si præter assumptionem habitus huiusmodi ingressus fuisset aliis actibus, qui a solis professis fieri conducerent, non requireretur perseverantia tridui. Et ita procedit text. in cap. Vidua, supra eod. ut ibi plene notavi a n. 32 usque ad n. 39.
- 3 Qui vero præcedente probatione suscepit habitum professorum, id est in colore, scilicet, vel forma patenter distinctum ab habitu Novitiorum iuxta text. in elem. Eos, de Regular, hoc ipso est professus, & religioni alligatus, etiam non data perseverantia tridui, ut hic.
- 4 Sed hodie hæc locum non habent, quia decreto Conc. Trident. in c. 7, sess. 25. de Regular, professio facta ante annum decimum sextum completum, & ante exactum annum probationis non valet, nullamque inducit obligationem ad aliquos regulas, vel ordinis observationem, vel ad alios quoscumque effectus. Aut igitur annus probationis non præcessit, & per assumptionem habitus professorum etiam post annum decimum sextum ætatis non inducitur tacita professio etiam data perseverantia tridui, quia Concilium in d. c. 15. licet sustulit professionem expressam ante annum probationis, ita & tacitam, ut scilicet censuit S. Congreg. Et in hoc corrigitur dispositio huius decretalis, secundum quam censetur professus qui per susceptionem habitus professorum in legitima ætate triduo perseverat, etiam non præcedente probatione, aut annus probationis præcessit, & tunc per susceptionem habitus professorum post ætatem legitimam inducitur professio tacita eo ipso, etiam non data perseverantia tridui, utclare hic deciditur, & in c. 11. inf. eod. lib. 6. ubi, (vel habitum religionis suscipit, qui dari prohibentibus consuevit.) Imò hoc casu non solum per assumptionem habitus professorum, sed etiam ex continuatione per annum habitus indistincti, id est tam a novitiis, quam a professis gelari soliti, inducitur tacita professio sine ulla tridui perseverantia, ut probatur in d. Clem. Eos, de Regular, ponderando verbum, hoc ipso, id est confessum, & in ipso temporis momento post annum exactum a die susceptionis habitus indistinctum.
- 8 cti, Quam quidem tacitam professionem post annum decimum sextum, & post peractum annum probationis Concilium sustulit ut similiter pluries declaravit S. Congregatio.
- 9 Secundo nota ibi, consummationem, in materia professionis diem ceptam non haberi pro completa, sed tempus currere de momento ad momentum, ut hic, & in c. Illud, 21. q. 1. & in c. Significatum, inf. eod. & tenet hic glossa secunda Innocentium, 1.

n. 1. Host. n. 4. Jo. And. n. 6. in gl. 2. Butr. n. 2. Cardin. n. 2. in 2. oppositione, Anchar. n. 1. & Abb. n. 4. & latius dicam infra n. 21. 22. & 23. Unde inferitur, ut videtur professio si fiat per aliquot horas ante exactum annum decimum sextum ætatis, vel ante annum probationis completum stante decreto Concilii Trident. in c. 7, sess. 25. de Regular. Hunc articulum plene examino in questione sequenti.

- 10 QUERO utrum professio emissa per actum probationis eadem die suscepti habitus, sed ante horas circiter quinque, sit valida, necne. Et id ipsum queritur de professione emissa per aliquot horas ante expletum annum decimum sextum stante decreto Concilii Trident. in d. cap. 15. sess. 25. de Regular.
- 11 Pro validitate professionis infra scripta præcipue adduci possunt. Primò, in his que recipiunt favorem alicuius, dies cepta habetur pro completa, l. Quasi atate, ff. de testam. l. 1. ff. de manumiss. glossa. Barr. & alii in l. 3. §. Minorem, ff. de minor. Canonista in c. Si annum, de iud. in 6. glossa in c. Cum in cunctis, in ver. Exegerit, de elec. que communiter approbatur, ut testatur ibi Abb. num. 6. Quintil. Mandol. post aliquos quam plures quos citat in 19. regula Cancell. q. 18. n. 8. Rota de off. 75. n. 41. & seq. par. 2. divers.
- 12 Quod verò in hac specie verlemur in his, que favorem recipiunt, patet tum ex parte proponentis, tum religionis. Ex parte proponentis, quia per professionem in viam perfectionis dirigitur, & servit ei, cui servire regare est, ut inquit Geminus in c. 1. n. 7. de Regular. in 6. post Jo. And. in c. Cum virum, ubi etiam Abb. n. 6. infra eod. Ideoq; minor professus non restituitur tamquam læsus, Specul. in tit. de restit. in integr. in 2. par. §. Quatuor, ver. Sed nunquam minor. Archid. in d. c. 1. de Regular. in 6. & DD. in d. c. Cum virum. Quinimò ex professione regulari non inferri damnum, sed maximam utilitatem docet D. Thomas quoad 3. art. 17.
- Ex parte vero Religionis verborum favor, quia sua interese sibi conservari subditos, ac filios, quos pavit, ac fovit, & summa est ratio, que pro religione facit. l. Sum persona, ff. de relig. & sumpt. funer. Sylvest. post alios in ver. Religio, sub n. 3. ubi loquitur in puncto computationis temporis quoad annum probationis.
- 13 Secundo, præcepta humana moraliter accipienda sunt, moraliter autem perfectum dicitur, quod parum distat a perfectione. Arist. 2. Physic. D. Thom in 4. dist. 27. q. 2. art. 2. ad 3. Sylvest. & Tabie. in ver. Sponsalia, Jo. And. in c. Listeras, de spons. impuber.
- Tertio, tempus probationis ad sacris Canonibus indultum est, ut Novitius a speritates monasterii, & monasterii mores Novitii velet experiri, esp. Ad Apostolicum, infra eod. Mores autem, & asperitates non probatur integro anni spatio utique Monasterium, & Novitii nullo modo probare poterunt minutissimo illo quinque horarum intervallo, & verè si probabunt, verisimiliter nihil eo momento poterit accidere quod illos abducatur a professione recipienda, vel emittenda.
- 14 Quarto, decretum Concilii, sess. 25. de Regular. nihil aliud exigit, quam annum probationis completum. Annus verò in naturalem, & civilem distinguitur. Naturalis est qui diebus, & horis conficitur, & de momento in momentum computatur. Civilis, quem etiam vulgarem, seu artificialem appellat, absolvitur 365. diebus, ita ut ad initium

extremæ diei pervenerit, annum complevisse dicatur, ita probat textus in l. Anniculus, la. 2. ff. de verbor. signific. in hæc verba l. Anniculus non statim ut natus est, liber est, sed trecentesimo sexagesimo quinto die dicitur, incipiente planè, non exacto die, quia annum civiliter, non ad momenta temporis numeramus.] Et ita hanc distinctionem anni civilis, & naturalis tradunt ibi DD. Brachaus in l. Anniculus, la. eod. tit. Jacob. Butrigar. in fir. de action. in princ. Barr. in l. Libellorum, m. 15. ff. de accusat. Archid. Jo. And. & Canonista in c. 1. propter, de rescr. in 6. Textus autem Concilii dum loquitur de anno probationis completo, non videtur intelligendus de anno naturali, sed de civili. Tam parva enim horarum aliquot momenta non satis digna videri possunt animadversione legislatorum, ut inquit Connan. lib. 3. comment. civilis, c. 12. col. 2. & paulo ante Communis inquit loquendi consuetudine inducitur, ut dies non dividantur momentis, sed totis, & integri numerentur.] Et hoc ipsum esse de consuetudine ut annus civiliter accipitur docet glossa in d. l. Anniculus in ver. Civiliter, & ibi DD. ff. de verbor. signific. ubi Rebuff. in ver. Sequitur, Dum inquit In iure fit mentio de anno, computatur ad 365. dies non per momenta temporum in horas, vel semihoras.] Hanc esse communem consuetudinem loquendi a qua non est recedendum, testatur Brachaus in d. l. Anniculus. Sed & Bald. in c. Cum in cunctis, num. 2. de elec. sic ait. Quæro quot diebus impletur annus? Respondeo 365. diebus de punctis horarum lex non curat. Rursum non potest dici stetit minor tempore quam per annum in probatione, ut Concilium exigit, qui supremam diem attingit, sicuti minor non est qui diem supremam agit anni vigesimi, ut inquit ad litteram text. in l. 1. ff. de manumiss.
- 18 Quintò, Concilium non intellexisse de anno naturali ex hoc etiam deprehendi potest, quia annus propriè conficitur ex diebus 365. & horis fere sex. Quæ quidem sex horæ quatuor annorum spatio integram diem constitunt unde fit annus bissextus, sic declarat gl. in c. Quadragesima in ver. Dies de consecr. dist. 5. & in Clem. 1. §. Licet igitur, in ver. Certum diem, de relig. & vener. Sancti. gl. DD. in d. l. 3. §. Minore, ff. de minor. & in l. Bissexus, ff. de verbor. signific. Archid. in c. Si propter, n. 3. de rescr. in 6. Anton de Butr. in c. Quarenti, in fine, de off. deleg. Quintil. Mandol. ex sententia Mathematicorum in reg. 10. Cancell. q. 4. n. 8. Unde Cicero de natura Deorum, Circuitus, inquit, solis orbium V. & LX. & CCC. quarta fere diei parte addita conversionem efficiunt annum. Si ergo Concilium fuisset loquitur de naturali, planè à die suscepti habitus usque ad professionem emissam deberent intercedere dies 365. & fere sex horæ, & sic novitius, qui exempli gratia Kalendis Junii hora x. habitum suscepisset, deberet profiteri sequentibus Kalendis Junii hora 16. alioquin professio antea facta nullus esset momenti. Quod certe si verum esset quam plurimæ professiones subverterentur cum in multis Religionibus fieri soleat post annum eadem hora suscepti habitus, vel paulo post. Loquitur ergo Concilium de anno Civili, cuius satis est supremam diem attingisse, ut absolutus censeatur ex supra dictis.

Et confirmatur, nam cum aliis dubitatum esset in S. Cong. Concilii, an qui ad Diaconatum effectus motus

quis intraverit religionem, ante annum praesumitur pro novitio, post annum pro religione. Ob quam rationem Tridentinum Concilium aium probationis, qui de partium consensu remitti poterat iuxta cap. Ad Apostolicam infra eodem, vetuit posse remitti. noluitque professionem antea factam parere obligationem etiam ad religionem in genere, ut habetur in cap. 15, sess. 25. de regular. id scilicet intendens, ut religionis professionem magna praecederet deliberatio: Hanc autem legem poenalem nullitatis professionis fuisse a Concilio latam in favorem profitentium, nec habendam esse rationem praedicti monasterii tradit clarè Navarr. post Dec. quem citat in cons. 31. num. 4. de Regular.

34 Respondetur secundò, quomvis annus probationis sit institutus favore utriusque, scilicet tam profitentis, quam religionis recipientis: tamen revera principaliter indultum esse in favorem ingredientis, ut post Archid. tradunt in cap. Non solum de regular. in 6. Gemin. 4. Anchar. in 6. notab. & Franc. in 3. & deducitur ex textu d. c. Non solum, dum ait aium probationis in subsidium humane fragilitatis esse regulariter institutum. Ideoque potius spectandus est favor Novitii, quam Religionis, ut concludit Hostien. in d. c. Ad Apostolicam, n. 5. vers. Et est ratio diversitatis, quam ibi sequuntur Jo. Andr. Gardin. & alii communiter.

35 Tertio respondetur etsi daremus in hac materia versari ex parte favorem, & ex parte odium, tamen quod parvi debet cum in re solus favor versatur, est etiam servandum cum partim versatur odium, & partim favor, & sic casus est mixtus. Ita sentit glos. recepta in dict. cap. Cuius in omnibus, in verb. Exegerit, in fine, ubi ait, cum in materia versatur utrumque, id est tam odium, quam favor tempus de momento ad momentum computari, & idem censuit Rota de off. 75. num. 41. par. 2. diversor.

Sed quatenus ab hac opinione comuni quae distinguit inter favorem, & odium discederemus, & sequeremur aliam, quae habet inspicendam esse formam verborum, quae multos habet sectatores, videlicet Abb. Rebuffi, Cassan. & alios relatos in d. de off. 75. n. 23, tamen etiam secundum hanc opinionem videtur veritas diem ceptam hoc casu non haberi pro completa. Observandum est enim decretum Concilii, in d. cap. 11. per ea verba, nec qui minori tempore quam per aium à susceptione habitus in probatione steterit, & connotare tempus probationis non à die, sed ab actu susceptionis habitus. Unde intrat communis conclusio ut quotiescunque terminus statuitur ab aliquo actu, non à die actus tempus currat de momento ad momentum, ac proinde quilibet vel minutissimus defectus infringat actum, glos. Jo. Andr. Gardin. Anchar. Abb. & alii plures relati à Tiraq. de utroque versat. 5. 1. glof. 11. n. 23. Unde Angel. de Perul. cons. 404. sub n. 4. vers. finem: [& generaliter, inquit, addo hanc doctrinam quod ubi decursu temporis inchoando, & terminando, queritur tempus, incipit à momento actus explicati, & finitur cum pro revolutione temporis dies novissimus ad idem punctum pervenerit] Et in terminis consimilia verba, post susceptum habitum infra annum, & alia huiusmodi operari, ut tempus currat de momento ad momentum, tradit aperte Joan. Andr. in cap. Capientes, col. 1. post prime. in ver. Post

consensum, de elec. lib. 6. & sequitur Tiraq. loco cit. num. 49.

Ad extremum huic sententiae ante Concilium videtur adherere. Philipp. Franc. in c. 1. sub n. 2. ibi; (Requiritur ergo quod sit aium consummatus in totum) de reg. in 6. & tandem approbat Vitalin. in Clem. 2. n. 27. de regular. ubi loquitur in religionibus Mendicantium, in quibus de iura communi requiritur aium probationis completus, ut supra diximus; & sentit non sufficere ad validitatem professionis ut aium probationis sit in fine, sed oportere ut sit completus, adeo ut sequentem annum attigerit.

Neque verò glossa in ultima appositione allegata huiusmodi opinioni adversatur: quia quamvis dica aium probationis debere esse integrum, sed non requiritur ut excederet; tamen loquitur in professione tacita, quae cum per lapsum integri aui inducatur ipso iure, & sic in instanti, satis est ut annus sit completus; quia in illo ultimo temporis tacita professio censetur inducta abique eo quod annus sit elapsus. At secus est in professione expressa, quia cum requirit factum hominis, non potest fieri in illo instanti, & momento temporis, quo aium est absolutus. Ideoque necessario requiritur ut aium sit elapsus, quia si antea fieret, annus non esset integer, & completus, ut patet cuilibet rem accurate consideranti.

Et post Concilium eandem sententiam simpliciter sequuntur Sanch. de matrim. lib. 2. disp. 24. num. 22. Less. lib. 2. de iust. & iure, c. 41. n. 7. vers. Quarto annum probationis, & Ludovic. Miran. qui asserit hanc conclusionem esse veram, & communiter probari à Doctoribus antiquis, & junioribus in Man. Praelator. c. 22. art. 3. concl. 2. licet contrarium levibus argumentis tradiderit Rodriquez de regular. tom. 3. q. 17. art. 4.

Non obstat quod superius in contrarium adducta sunt, Ad primum enim satis patet responsio ex ultimo argumento pro opinione negativa veris. Secundo probatur.

Ad secundum de precepto mortali patet similiter responsio ex 2. 5. 6. & ultimo fundamento huius sententiae.

Tertium eliditur ex quinto argumento contrario. Quartum itidem sublatum est ex dictis in ultimo fundamento.

Ad quintum conceditur ad validitatem professionis requiri annum expletum 365. dierum atque horarum ferè sex; sed negatur id esse absurdum. Atque ex his omnibus videtur posse responderi professionem, ut proponitur, emissam non esse validam.

Hac controversia bis contigit in S. Congregatione Concilii, & utroque casu Sacra Congregatio habuit professionem pro invalida; sed ad vitandos in religione motus à decisione abstinent, nonnullis adhibitis temperamentis.



DE REGVLARIBVS.

Cap. Sanè.

S V M M A R I V M.

- 1 C Anonicu Regularu, si fiat Monachus Religiois arctioris, manet Monachus: si laxior, redire compellitur.
- 2 Religio strictior non dicitur quae à principio sua fundatione habet strictiorem regulam; sed in qua molli arctior vita ducitur.
- 3 Regula Canonorum Regularium est laxior, quam regula Monachorum.
- 4 Sed per constitutiones potest esse strictior.
- 5 Fratres Predicatores, etsi proficiantur Regulam S. Augustini, quae laxior est, tamen per Constitutiones arctiorem vitam ducunt, quam Monachi.
- 6 Et transferendo ad Monachos apostasiam non effugiunt.
- 7 Religio ut dicitur arctior, non tantum Regula, sed etiam Constitutiones debent attendi.
- 8 Constitutiones Ordinis tolli possunt per contrarias constitutiones, sed regula per constitutiones tolli non potest.
- 9 A Religione maiori, in qua remissius vivitur, fieri potest transitus ad minorem melius observantiam.
- 10 Quod locum habet si totus Ordo sit collapsus, nec sit spes reformationis, alias secus.
- 11 Regulari qui zelo sanctioris vitae transiit ad arctiorem Religionem non petita Superioris licentia, permittitur dispensative in ea manere, licet de rigore cogentibus sit redire ad priorem.
- 12 Religio an sit una tantum, vel plures, & in quo differant, & n. seq. usque ad num. 24.
- 13 Religio omnis hic habet commune, ut quis se totaliter praebeat ad servandum Deo secundum tria essentialia vota, & n. 31. & seq.
- 14 Religiois status est quodam exercitium, quo quis exercetur ad perfectionem charitatis, & num. 26. & 56.
- 15 Religiones diversificantur secundum diversitatem operum, ad quae ordinantur.
- 16 Item secundum diversum actus exercitiorum.
- 17 Religiones etsi conveniunt in tribus substantialibus; tamen diversificantur secundum diversos fines ad illa tria substantialia ordinatos, num. 43.
- 18 Et quatenus aliqua sint ordinata ad eosdem fines tamen dicuntur diversa propter diversas institutiones, habitus, & denominaciones, & n. 20.
- 19 Clericorum genus habet sub se duas species, id est Clericos saeculares, & Religiosos, & appellatione unius istorum non venit alterum.
- 21 Religio secundum Theologos est una tantum, seu unum genus, licet plures sint species.
- 22 Religiones omnes conveniunt in summo fine, qui est charitas, & in tribus substantialibus Regula, & num. 48. & 56.
- Es ideo non differunt nisi per accidentia, d. n. 22.
- 23 Sed contra, & num. 48.
- 24 Religio quae dicitur arctior, seu strictior, vel maior, & n. seq. usque ad num. 66.
- 25 Religio principaliter ordinata est ad opera vitae contemplativa, quae in oratione & studio consistunt, & n. 38.

- 26 Religiones quae ad ordinata sunt ad opera vitae activae, & aliae ad mixta.
- 27 Et activorum aium quidam consistunt in predicatione, & doctrina, & consilio animarum, vel in Predicatoribus, Minoribus, &c.
- 28 Quidam in militia, ut in Templarij, & Hospitalarij.
- 29 Quidam ad hospitalitatis, & infirmorum obsequia, ut in Ordine Cruciferorum, & Sancti Antonij Viennen.
- 30 Religionum aliqua sunt ordinata ad solitudinem, aliqua ad societatem, quaedam habent propria in communi, & quaedam non.
- 31 Religio maior, seu perfectior dicitur quae habet opera contemplativa.
- 32 An verò quae habet opera activa.
- 33 Militares Ordines ordinari sunt ad effusionem sanguinis activam, non autem passivam, licet per accidentia etiam passiva evenire possit.
- 34 Quo casu propter martyrium cetero Religiois essent praesentis.
- 35 Religionum maioris secundum Theologos attenditur principaliter ex parte finis, secundario ex parte exercitii.
- 36 Et quidem si finis Religionum sit idem.
- 37 Discretio in Religionibus praesertim vigilijs, & huiusmodi observantia, & n. 46.
- 38 Contemplationis opus duplex, oratio, & lectio.
- 39 Vitae activae opus duplex unum derivatur ex contemplationis plenitudine, ut predicatio, & doctrina.
- 40 Et hoc praesertim simplicis contemplationi.
- Aliud totaliter consistit in exteriori occupatione, ut eleemosynas dare, & hospites recipere, &c. quae sunt minora operibus contemplativis, n. 42.
- 41 Religiones, quae ordinantur ad docendum, & predicandum, tenent summum gradum, secundum verò quae ordinantur ad contemplationem, & num. 50.
- 42 Militia opus dicitur nobilissimum operibus activis, & cur.
- 43 In Religionibus ordinatis ad subventionem privatam proximi primum est inferno recipere, secundum captivos redimere, Tertium hospites recipere, Quartum ad suum vitium manibus operari.
- 44 Ad continentiam conventicium ordinantur maceratio corporis per abstinentiam cibi, quam per subtractionem vestium.
- 45 Religiones arctiores non sunt quia arctiores habent observantias, sed quia observantiae maiori discretionem ordinatae sunt ad suum finem, & num. 51. & 55.
- 46 Vigilia, nuditas, & huiusmodi non perfectio, sed perfectio, nam instrumenta sunt.
- 47 Religiones omnes conveniunt in communi exercitio circa tria substantialia, sed in observantia variant.
- 48 Religio in praesentia triplex.
- 49 In trasitu de una ad aliam Religionem secundum Theologos non attenditur quae sit arctior, seu durior, sed quae sit perfectior, seu fructuosior.
- Sed contra secundum Canonistas, n. 55. & seq.
- 50 Religio Predicatorum, cum ad predicandum sit principaliter instituta, alijs est perfectior, & ex omni alia licet ad eam transire.
- 51 Etiam ex Carthusiensis.
- 52 Sed è converso ex Ordine Predicatorum ad alias trans-

S. Tho. in 2.2. q. 188. art. 1. ad 2. tria essentialia vota pertinent ad exercitium Religionis, sicut quaedam principalia, ad quae omnia reducuntur. Ad observandum autem unumquodque eorum diversimodo aliquis se disponere potest, puta ad votum continentiae servandum se disponit aliquis per loci solitudinem, per abstinentiam, & per mutuum societatem, & per multa alia hujusmodi, & secundum hoc patet quod communitas essentialium votorum compatitur diversitatem religionis, tum propter diversas dispositiones, tum etiam propter diversos fines.

24 Secundo QUERO, quae Religio dicatur arctior, seu districtior, vel major.

25 Pro solutione quaestionis praemittendum est Religionem principaliter ordinatam esse ad opera vitae contemplativae, quae in oratione, & studio consistunt, ad quod proprie videtur ordinatus ordo Cisterciensium, & Carthusiensium, licet aliquis ex his secundario opus manuum, vel hospitalitatem habeat annexam, sed multae Religiones sunt etiam ordinatae ad opera vitae activae, & aliquae ad mixta, ut dictum est in praecedenti quaestione. Illorum autem activorum actuum quidam consistunt in praedicatione, & doctrina, & animarum consilio, de quibus quomodo, & quando Religiosis competere possunt, plane habetur, 16. quae. 1. per totam. Exemplum in Praedicatoribus, Minoribus Eremitis Sancti Augustini, Carmelitis, & similibus. Quidam in militia, ut olim Templarii, & nunc Hospitalarii, seu Calatrenses, Sancti Jacobi de Spatha, Sanctae Mariae Theutonicorum, & his similes. De qua quidem militia quomodo, & quando bonum publicum, & animarum salutem respiciat, satis habetur in cap. Noli, 23. q. 1. & cap. Fortitudo, & per tot. quae. 3. & per Jo. Andr. hic n. 7. vers. De corporali. Aliqui ad hospitalitatem, & infirmorum obsequia, ut Ordo Cruciferorum Sancti Antonii Vienen, Sancti Spiritus in Saxia, Beati Joannis Dei, & Clericorum ministrantium infirmis. Rursum aliae Religiones sunt ordinatae ad solitudinem, aliquae ad societatem; quaedam habent propria in communi, quaedam non, ut olim Mendicantes omnes, & hodie Minores Sancti Francisci, ut in decreto Concilii Tridentini, sess. 25. de regul. cap. 3.

31 Quibus ita constitutis, in proposita quaestione primo intuitu dicendum videtur illam dici majorem Religionem, quae habet opera contemplativa; unde Luc. 10. Maria, per quam haec vita designatur, optimam partem elegisse dicitur, cap. Nisi cum pridem, ad fin. sup. de renunciat. Praeterea Augustinus consuluit certius esse tenendum, ut c. Si quis, in fin. de penit. dist. ultim. Sed vita contemplativa proculdubio certior, ac tutior est, ut in d. c. Nisi. Ad hoc cap. primum in fin. de penit. dist. ult. ergo praeligenda, & appetenda.

26 Sed contra, major Religio videtur illa, quae habet opera activae, per tex. in c. Licet, infra eodem, ibi, quoniam sicut majus bonum minori bono praerogatur, ita communis utilitas speciali utilitati praerogatur, & in hoc casu recte praerogatur doctrinae silentio, sollicitudo contemplationi, & labor quieti, &c. Sed illa religio est major, & potior, quae ad majus bonum est ordinata: Ergo religio, quae ordinatur ad vitam contemplativam, praeterea omnia Religio ut praedixi ordinatur ad charitatem;

At majorem charitatem quis habere non potest quam ut vitam suam ponat pro amicis suis. Jo. 15. dicit. cap. Nisi cum pridem, vers. Quippe, de renunciat.

33 Ergo Ordines ad id ordinati, quales sunt Ordines militares, qui etiam sunt activi, censeri debent majores.

34 Dicitamen potest ejusmodi Ordines militares esse ordinatos ad effusionem sanguinis activam, non autem passivam, licet etiam passiva per accidens evenire possit: facit cap. Is quis, de homicid. lib. 6. secundum Jo. Andr. hic num. 8. vers. Dicitamen potest, qui propterea fatetur aliquo casu hos milites martyrii vivere posse; & tunc ambigendum non esset, quin aliis Religiosis essent praerogandi secundum eum. Unde super illud ad Hebr. 12. nondum usque ad sanguinem resististi, dicit gloss. Perfectior in hac vita dilectio nulla est ea, ad quam Sancti Martyres pervenerunt, qui contra peccatum usque ad sanguinem certarunt: certare enim usque ad sanguinem potest interdum competere Religiosis quae ad militiam ordinantur, quod expresse docuit S. Thom. in 2. 2. q. 188. art. 6. ad 2. juncto arg. contrario.

35 His in utramque partem adductis pro solutione quaestionis, cum Religiones primo diversificentur ex parte finis, secundum ex parte exercitii dicunt Theologi majoritatem, seu excellentiam unius Religionis super aliam principaliter attendi secundum Religionis finem, secundario autem secundum exercitium: nam comparatio secundum finem est absoluta, quia finem quaerimus propter se. Sed secunda est respectiva, quia exercitium non quaeritur propter se, sed propter finem; ex quo sequitur ut illa Religio sit major, quae ordinata est ad finem absolute prioriore, vel quia illud est majus bonum, vel quia ordinatur ad plura bona. Ubi verò utriusque Religionis finis sit idem, attenditur secundario praerogantia, non secundum quantitatem exercitii, sed secundum proportionem ejus ad finem intentum. Unde in Collationibus Patrum col. 2. c. 3. ante med. introducitur sententia Beati Antonii, qui praetulit discretionem, per quam quis omnia moderatur jejunii, vigiliis, & hujusmodi observantiis. Cum igitur opus contemplationis sit duplex, scilicet oratio, & lectio: si una Religio esset ordinata ad orationem tantum, & alia ad lectionem; utique prima esset major, quia opus orationis nobilissimum. Ceterum advertendum est opus vitae activae esse duplex. Unum est quod derivatur ex contemplationis plenitudine, ut praedictio, & doctrina. Unde Gregorius dicit in 5. homil. super Exech. post med. quod de perfectis viris post contemplationem suam redeuntibus dicit psalm. 144. Memoriam suavitatis tuae evocabant. Et hoc opus merito praerogatur simplici contemplationi, & sic loquitur cap. Licet, infra eod. Sicut enim majus est illuminare, quam lucere tantum, ita majus est contemplata aliis tradere, quam solum contemplari. Sic ergo summum gradum in Religionibus tenent quae ordinantur ad docendum, & praedicandum, quae & propinquissimae sunt perfectioni Episcoporum.

Secundum autem gradum tenent illae, quae ordinantur ad contemplationem. Aliud verò est opus vitae activae, quod ad totaliter consistit ex exteriori occupatione, sicut elemosinas dare, hospites recipere, & similia, quae sunt minorae operibus contemplativis, nisi forte in causa necessitatis

vis cap. Non facti, & cap. Peste sane morientem, &c. hujusmodi, & quia activum opus militiae ordinatum est ad publicam utilitatem, videtur esse nobilissimum. Nam, ut dicitur primo & hic, melius est bonum gentis quam unius hominis. Facit cap. Bone, il primo, supra de postulat. Pralat. & propterea dicunt aliqui, quos tacito nomine hic retinet Joan. Andr. n. 2. circa med. vers. Per quod, Opus militiae in Religione ordinatum non ad mundanum consodium, sed ad defensionem divini cultus, & publicae salutis, subsidium Terrae sanctae, & perionarum miserabilium, & patriae, inter opera activa esse nobilissimum, & propter id Religionem ad ordinatam esse nobilioris alius ordinis ad alia pure activa; unde de Joda legitur 1. Machab. 13. Praebatur praelium Israeliam laetitia, & dilatavit gloriam populo suo, & sic pugnavit pro Republica. Item & pro divino cultu. Unde ibi sequitur cum dixisset: nos pugnavimus pro animabus nostris, & pro legibus nostris. Inter activa verò, quae respiciunt subventionem privatorum proximorum, videtur esse nobilissimum, & in primo gradu infirmos recipere, in secundo autem captivos redimere, in tertio hospites recipere, in quarto, ad suum victum manibus operari. Per quae patet Religionem ad hos actus institutas habere secundum qualitatem activam suam praerogantiam. Quod si una ad plura ejusmodi opera sit instituta, alia ad pauciora, prima erit praerogantior: Et idem si habeat statuta, quae magis congruant ad finem propositum. Unde conventus ordinatur ad continentiam, maceratio carnis per abstinentiam cibi, & potus, quae pertinent ad famem, & sitim, quam per velium subtractionem, quae pertinet ad frigus & nuditatem. Illa enim, quae sine discretionem fierent, facile adnexum haberent deficienti periculum, unde, ut ait B. Antonius, non sunt Religiones potiores, quia arctiores habent observantias, sed quia observantiae sunt majori discretionem ordinatae ad suum finem, & Abbas Moyses in collationibus Patrum, in col. 1. cap. 7. post med. (Jejunia, inquit,) vigiliae, meditatio scripturarum, nuditas, & privatio omnium facultatum non perfectio, sed perfectionis instrumenta sunt, & ista instrumentalia deserviunt tribus essentialibus Religionis. Ad paupertatem labor manuum, & mendicitas, quae victum procurant. Ad continentiam maceratio carnis, ut jejunia, vigiliae, & hujusmodi. Ad obedientiam oratio, lectio, visitatio infirmorum, & similia. Per hoc remouentur obstacula impediencia suam Religionis finem, ut scilicet totaliter tendatur in Deum, & charitatis perfectionem. In communi ergo exercitio circa illa tria substantialia omnes Religiones conveniunt, sed in observantiis variant, de quibus una Religio quandoque plus habet, quam alia. Ex praedictis colligitur triplicem Religionis praerogantiam una principaliter, & secundario attenditur. Secunda principaliter tantum. Tertia secundario tantum, ut hic late per Jo. Andr. n. 8. qui haec fere omnia hausit ex doctrina D. Thomae, in 2. 2. q. 188. art. 6. per totum.

50 (Ex his ergo concludunt Theologi in transitu de una ad aliam Religionem non esse attendendum, an sit asperior, seu durior, sed solum an sit perfectior, & fructuosior: ad hoc cap. Licet, infra eodem, ibi, Ad frugem melioris vitae valeat transigrare. Et infra ibi, Libere potest sanctioris vi-

tae propositum adimplere. Et hanc contendendum esse majorem Religionem, de qua loquitur haec Decretalis. Et hujus sententiae, licet non ita clare, videtur esse D. Thomam, in 2. 2. q. 189. art. 8. in corp. ubi ait; (Pone aliquem laudabiliter de una Religione transire ad aliam, & lo perfectionis, ita qua non attenditur excellentia secundum solam arctitudinem, sed principaliter secundum id, ad quod Religio ordinatur: secundario verò secundum discretionem observantarum debito sine proportionatarum.) Et in quae. praecedenti art. 6. in corp. & in responsione ad tertium similiter ait, arctitudinem observantarum non esse id, quod praecipue in Religione commendatur; & ideo non esse potiore Religionem ex hoc, quod habeat arctiores observantias, sed ex hoc, quod ex majori discretionem sunt ejus observantiae ordinatae ad finem Religionis: Et hanc doctrinam quaerunt sunt Turrecrem. in c. 1. n. 1. vers. Primo zelo perfectionis 19. q. 3. S. Antonium, in 3. p. 1. 16. cap. 40 in princ. vers. potest tamen, Sylvest. in 2. 2. Religio, 4. in fine, ibi, licet tamen adverte, quia nomine Religionis arctioris venit Religio sanctior, & Religio fructuosior. Navarr. in comm. 4. de regular. n. 2. & 3. Quinimo Petrus de Palud. in 4. corp. dist. 38. q. 3. art. 1. n. 11. (Quia, inquit,) corporalis exercitatio ad modicum utilis est, nullum autem sacrificium est Deo magis acceptum sicut zelus animarum, quia ad praedicandum fuit Christi Religio essentialiter, & principaliter & nominaliter instituta; Ideo religio Praedicatorum, quia ad hoc principaliter instituta est, alius est perfectior, & ex omni alia ad eam licet transire, etiam si in paupertate, & austeritate alia excellat, quia haec est perfectio, & Religio Christi etiam si loculos habeat, quos alia non habeat religio, quae praedicationem essentialiter non habet annexam, seu accidentaliter post institutionem per auctoritatem sibi commissam per accidens ad hanc perfectionem attingit.) Haec Petrus quem retinet, & sequitur D. Antonius, in d. c. 4. 5. 4. in princ. & cum his concordat Sylvest. in ver. Religio, 4. q. 6. & Jo. ibidem relatus ad D. Antonium, nam, ut ipse ait, cum unicuique ob frugem melioris vitae ad altiorum statum licet transire, ut cap. Dux sunt, 19. q. 2. & c. Licet, infra eod. non solum Catholice, sed cujuscunque ordinis fratres ad ordinem Praedicatorum possunt transire regulariter ad unguem viventem. Et illud esse alius perfectionem probat eadem ratione, qua Petrus de Palud. Quinimo, ut refert S. Antonius, loc. cit. Monachus nomine magnus Canonista, & Theologus attestatur se vidisse Parisiis determinationem factam per doctores universitatis ejusdem, quod frater Carthusia potest transire ad ordinem Praedicatorum regulariter viventem de jure communi. E converso autem, ut inquit S. Antonius, d. 5. 4. vers. E converso Fratres Praedicatorum ad aliorum ordinem observantiam non possunt descendere, nisi in ordine Praedicatorum foret remissa religio: tunc enim liceret transire ad alium ordinem arctius viventem cum proposito, & facto arctie vivendi, & non laxè & ita secundum Theologos non attenditur quae religio sit asperior, sed qua sit perfectior.

51 (Sed nos Canonista, ut inquit Jo. Andr. hic n. 8. circa finem) non ponderatis his subtilitatibus tantum solemus adverte ubi licet arctior, districtior, durior, vel fortior modo vivere, unde Decretalis Licet, infra eod. in fin. dicit, ut apud eos vitam du-

ret archiorem, & paulo post princ. dicit, archiorem
vita preterit. Ad idem c. *Quia in insula*, ibi dura
est congregatio, *infra de stat. Monachor.* Atque ita
cum omnes religiones sint ordinatæ ad summum
finem, qui est charitas, per quam quis conjungitur
Deo, ut in Extravag. Joann. XXII. *Ad Constituta*
rem. vers. Cui enim, & sic hinc sit idem: solum archiorem
vivendi modum ponderamus; ideoque si
in una religione sit sola contemplatio cum actissimo
vivendi modo, possibile tamen, & sine delin-
dendi periculo, non admitteremus transitum ad
religionem, in qua esset contemplatio, & actio etiam
per prædicationis officium cum laxo, vel minus
arcto modo vivendi, quod tamen Theologi
admitterent secundum prædicta.] Hactenus verba
Joan. Andr. cum quo concordant hic Henric.
Borph. n. 16. Anton. de Butr. n. 6. mordens Theologos,
qui volunt omnia scire, & nihil scire, Cardin.
n. 19. *vers. Tamen secundum Canonistas*, Anchin.
6. *vers. Dist. 10. Andr.* quod Canonistæ Abb. n. 8.
& Jo. de Anan. n. 3. *vers. Canonista dicunt.* Summa
Rosella in verb. Religio 4. n. 5. in fin. & Angel. in verb.
Religiosus n. 34. Aude quod opinionem Canonistarum
servat curas; non enim permittit transitum
à religione in qua strictius, & durius vivitur ad
religionem, in qua vivitur laxius, ut canq; annexum
habet prædicationis officium; unde si Carthusianus
transmigraret ad Prædicatores prætextu ze-
li perfectioris vite, puniretur tanquam apostata
convertito autem ex quacunque religione datur
transitus ad Carthusiam, ut in Extravag. *de regular.* ubi
Martinus IV. statuit ut nullus religiosus ordinum
Mendicantium quorumcumque, quavis auctoritate
ad religionem non Mendicantium audeat con-
volare, ordine Carthusienfium dumtaxat excepto
sub pena excommunicationis lata sententia
Pape reservata: & ex hoc confunditur opinio
Passerel. in *privil. minor.* cap. 39. contendens ex
quacunque religione dari transitum ad religionem
Minorum, sed ex illa ad nullam aliam, eo quod sit
omnium arctissima ob votum quadragesimalis
vite, ut dicit Julius II. in ipsorum *privil.* Item dubia
redditur opinio D. Bonav. in *exposit. reg. Minor.*
c. 2. q. 32. & 13. tom. 1. Cordubæ in *eadem reg.* c. 2.
q. 17. *privil.* 1. qui idem affirmant de religione Minor.
sed oppositum servatur in practica, nam &
Capucini passim transeunt ad Carthusianos peccata
licet non obventa suorum Superiorum licentia.
Item ut vides, obstat exceptio, de qua in prædicta
extravag. Martini IV. Quæ quidem exceptio
aponi solet in omnibus privilegiis, & indulgiis
Apostolicis interdiciuntibus transitum ad alias
religiones, & merito, quia licet Carthusienfium
religio non sit cæteris perfectior ex parte finis, quippe
quæ non est instituta ad officium docendi, vel
prædicandi, sed ad solam contemplationem
secundum ea, quæ dicta sunt supra. 41. & 52. tamen
arctissima clausura, ac velut perpetuus carcer, cui
sunt additi Carthusienfes, cum abstinencia à carnis
vitiis in quocunque casu præponderat omnibus
aliis religionum asperitatibus, ut dixi in c. *Ad Apostolicam*
n. 38. *infra ead.* & in c. *Non est vobis* n. 25. & n.
28. *supra eod.* ubi de transitu Cisterciensium ad Carthusianos,
& quia in strictiori clausura perpetuo
vivunt etiam Eremitæ Camaldulenses, de quibus
mira hic tradunt Jo. Andr. n. 11. & Butr. n. 8. idcirco
Eugen. IV. in Constitutione, quæ incipit *illa*
que, edita & Kalen. Novembris 1475. in Bullar.

tom. 1. pag. 274. indulgit Priori, & Fratibus eremi
Camaldulensibus, ut omnes, & singulos consueque
ordinis existant, & de quibuscumque Congregatio-
nibus, domibus, seu monasteriis, five mendican-
tium, five non mendicantium, etiam Carthusien-
sibus ordinis venerint, Superiorum ipsorum li-
centia petita, licet non obventa, in prædicta eremo
recipere, & retinere possint. Cæterum cum nostris
temporibus memorata eremus à rigore primæ
instituti plurimum declinaverit, & in transitu de
una ad aliam religionem non attendatur primæ
instituti, & fundatio regulæ, sed præsens ob-
servantia secundum ea, quæ dixi supra in 1. not. ab. sorte
non liceret rigore præsentis Indulgi ex ordine
Carthusienfi ad dictam eremum transvolare, sed
quia non ita pridem à san. me. Urbano VIII. facta
est unio Eremitatum montis Coronæ cum Eremitis
Camaldulensibus, sub quibusdam capitulis,
de quibus in Br. vi. expedito sub die 8. Oct. 1634.
quæ paulo post fuerunt declarata in alio Brevi 13.
Aprilis 1637. & quia hujusmodi unionem novissi-
mè approbavit Sanctissimus Dominus Noster
Innocentius X. videtur subesse spes proxima re-
formationis tam celeberrimi Sanctuarii, ubi S. Peter
Romualdus illius fundator primus in occidentem
vitam eremiticam introduxit, ut in primis litteris
Urbani VIII. ac proinde videtur esse locus limita-
tioni Jo. Andr. de qua supra, n. 10.
65 Rursus in curia læpius vidi derogatum tran-
situm ex religionibus etiam laxioribus tam Mendican-
tium, quam non Mendicantium ad ordines
militares, quem tamen concederent Theologi
secundum ea, quæ dicta sunt supra. 43. Ad-
hæreas igitur Canonistis.
66 Sed hic QUERO An professus in laxiori reli-
gione teneatur adimplere votum simplex, quod
prius emiserat de intrando religionem archiorem.
67 Respondeo breviter, non teneri, quia votum
solemne, quo quis obligatur minori religioni, est
fortius, quam votum simplex, quo religioni ma-
jori attingitur. Post votum enim simplex, si con-
traheret quis matrimonium, non dirimeretur. sic
ut post votum solemne; & ideo ille qui jam pro-
fessus est in minori religione, non tenetur imple-
re votum simplex, quod emisit de intrando reli-
gionem majorem. Ita per hanc rationem docet
Sanctus Thomas in 2. 2. q. 189. art. 2. ad 3. quem re-
fert, & sequitur Turrecrem. in c. 11. in 4. *quest. n. 4.*
19. q. 3. Potest igitur talis remanere in laxiori, quia
per secundum votum solemne derogatum est primo
simplici, quod fecerat: tamen pro voto primo
non completo erit penitentia imponenda, ut c.
Qui post votum, de Regular. lib. 6. secundum Turre-
crem. *ubi supra.* Diversum est in eo, qui novit
religionem ingredi, & voto non completo factus est
Episcopus; per hoc enim non est solutus voto,
imo si suam velit sanare conscientiam, debet con-
cedere, & votum implere, ut est text. in cap. *Per 1100.*
infra de vot. S. Thom. diq. 189. art. 3. ad primam, & sic
nota differentiam inter matrimonium carnale, &
matrimonium spirituale, quod contrahitur inter
Episcopum, & Ecclesiam, ut in c. *Ali.* & per tot. *su-*
pra translation. Episcopi, nam primum derogat
voto simplici de intrando religionem,
secundum autem non.

Professus

DE REGVLARIBVS.

Cap. Significatum.

S V M M A R I V M.

- 1 Professus tacite an censetur qui ante annum decimum sextum ignorans defectum atatu expressam professionem emisit, & postea credens suam professionem validam in monasterio per plures annos in habitu regulari absque reclamatione perseveravit, & non seq. usque in fin.
- 2 Ignorantia presumptio non prodest nisi allegetur.
- 3 Professo tacita inducitur per delationem an male habitus indistincti, licet præcesserit expressa irrita, absque eo quod probetur scientia nullitatis professionis expressæ.
- 4 Ignorantia nullitatis professionis expressa an tacitam professionem excludat.
- 5 Professo tacita necessario requiritur consensus profitentis, & num. 19.
- 6 Actus censetur factus in executionem obligationis præcedentis.
- 7 Errant, & ignorant nullus est consensus, & num. 21. & 41.
- 8 Professo expressè emissa ab eo, qui falsò opinatur se iam esse professum, an valeat, & n. 42.
- 9 Votum demò factum propter dubium validitatis prioris voti an obliget, & n. 3. & 42.
- Matrimonij confirmatio à principio invalidi an requiratur certam notitiam amotionis obligantis, ibidem, & num. 46.
- 10 Matrimonium contractum cum ancilla ignorante, ea viro ignorante maritum, non convalescit per copulam subsequentem, & n. 26.
- 11 Actus continuatus censetur unus per relationem ad principium sui temporis.
- 12 Rati habitus actus invalidi an requiratur scientiam nullitatis cum qualitatibus, & voluntatem eam sanandi, & num. 41.
- 13 Approbare, & credere esse validum in quo differant. Vovens ante pubertatem, si post pubertatem votum ratificet credens esse validum, an obligetur coram Deo, ibidem, & num. 42.
- 14 Ordinatus per metum, si ordinem exerceat ignorans nullitatem, an censetur ratificare.
- 15 Donatum monasterio ob causam erroneam validitatis professionis potest repeti.
- 16 Falsa causa non obligat profitentem, & num. 29. & seq. & num. 41.
- 17 Presumptio tacita professionis per delationem habitus anmale an admittit probationem in contrarium, & num. 40.
- 18 Ignorantia non currit tempus.
- 19 Professo tacita non requiritur consensus expressum, sed sufficit tacitum, & presumpsum.
- 20 Presumptio taciti consensus ex delatione habitus habet locum etiam cum præcesserit expressa professio irrita.
- 21 Ignorantia, & error an, & quando excludant voluntariam, & num. seq. & num. 41.
- 22 Ignorantia antecedens, & concomitans qua fit.
- 23 Voluntas non fertur nisi in præcognitum.

- 24 Matrimonium contractum per errorem, an, & quando sit nullum, & num. 27.
- 25 Ignorantia an sit antecedens, vel concomitans quibus regulis cognoscatur.
- 26 Matrimonium nulliter contractum, si coniuges alidum credentes se commiserint, an, & quando convalescat, & num. 28.
- 29 Actus factus ex causa erronea an, & quando sit nullus, & num. 38.
- 30 Falsa causa obligat religioni ubi constat de intentione profitentis.
- 31 Professus nulliter an presumatur perseveraturus fuisse in Religione, si nulliter scripsit.
- 32 Mens, & voluntas declaratur etiam ex actu nulliter gesto. Voluntas mutatio in Monacho non presumitur nisi probetur, ibidem.
- 33 In voluntate perseverantia discernenda magis spectatur intrinsecum quam factum postea subsequutum.
- 34 Voluntas mutatio non potest esse integra, & in præiudicium alterius.
- 35 Errans an presumatur facturus fuisse si scripsit quando ex actu oritur obligatio, & n. 38.
- 36 Restitutio in integrum minori seducto ad professionem non datur.
- 37 Solutum indebitè repeti non potest quando à pietate causatur error.
- 39 Annus probationis institutus est ut religio probeat mores novitij, & novitius austeritatem religionis. Presumptio tacite professionis inducitur ex delatione habitus ultra annum est iuris, & de iure, nec admittit probationem in contrarium, ibidem.
- 43 Minor quatuordecim annis de iure communi non obligatur religioni nisi factus maior ratum habuerit.
- 44 Professo facta ante annum probationis etiam de iure communi in ordinibus Mendicantium nulla erat.
- 45 Professus allegans se non habuisse animum profitendi non auditur.
- 46 Professo emissa uxore contradicente ea mortua validatur, si vir per momentum temporis steterit in monasterio licet illius mortem ignoraverit.
- 47 Professo nulla convalescat per solam ratificationem profitentis absque nova acceptatione religionis.
- 48 Monachorum creatio spectat ad Abbatem, & Capitulum.
- 49 Superiores regulares allegantes ignorantiam atatu novitij non sunt audiendi.

SIGNIFICATUM. Minor quatuordecim annis profitendo non obligatur religioni, nisi factus maior ratum habuerit. Hoc dicit. Sunt duæ partes. Prima ponit consultationem. Secunda responsum, ibi, Mandamus, & hæc distinguit, & secundum membrum prosequitur, ibi, Si autem.

Nota primo de iure communi ad validitatem professionis regularis exigi annum ætatis decimum quartum completum. Et in hoc malitia non supplet ætatem, ut perperam putavit Hugo ad exemplum matrimonii carnalis, ut in cap. *De illis, il secundo, de spons. impuber.* Cujus opinio reprobat in hac decretali, & in cap. *Ad nostram, supra eod.* ubi exigitur aius decimus quartus completus.